



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs
missis**

Venetijs, 27. Okt. 1501

In sancti rochi confessoris Introitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

exiguas preces benedicēdas
assignet. *Per dñm. In sancti
rochi confessoris Introitus.*

Qongratulamī oēs i
dño diem bñ rochi
cōmemorātes: in cu
ius cōmemoratiōe le
tas ecclesia plebs exultat: et āge
li dulces dant melodias dicētes
glia tibi dñc qui talē virum cōfes
sorē elegisti. *Ps. Beati immacula
ti in via: qui ambulant in lege
domini. Gloria. Oratio.*

Oeus qui es gloriosus i
gloria sanctorum: qui
cunctis ad eorum patrocina
confluentibus: sue petitionis
salutarem prestat effectum:
concede plebi tue: vt interce
dente beato rocho confessore
tuo: que in eius celebritate se
deuota exhibet: a languore et
epidimie peste quā in suo cor
pore pro tui nominis gloria
passus ē. sit liberata: et tuo no
mini semper sit deuota. *Per
dominum nostrum. Ecclē epi
stole beati pauli apostoli ad
timotheū secunde. cap. 2. 2. 3.*

Quarissime. memor esto
dominum nostrum iesū
christum resurrexisse a mor
tuis ex semine dauid: sū euā
gelium meum in quo laboro
vsq; ad vincula: quasi male
operans: sed verbū dei nō est

alligatum. Ideo omnia susti
neo ppter electos: vt et ipsi sa
lutē consequantur: que est i xpo
iesu in gloria celesti. Tu autē
assecutus es meā doctrinam:
institutionē: propositū: fidem
longanimitatē: dilectionem:
patientia: persecutiones: pas
siones: qualia mihi facta sunt
antiochie: iconio: listris: qua
les persecutiones sustinui: et
ex omnibus eripuit me dñs.

Et omnes qui volunt pie vi
uere in christo iesu persecuti
ones patiuntur. *Graduale.*
Tibi sancto rocho honor sit et
gloria: et deprecantes apud cele
ste numen: tuis precib; a morbo
epidimie saluos redde. *Fac q̄
sumus beate confessor christi: vt
apud deum preces nostre non
sint vane: et nobis aeris temperi
em concede: vt in fine tecum in
celis congratulemur. Alleluia.*

O beate confessor roche: o quā
magna apud deum sunt merita
tua: quib; credimus nos a mor
bo epidimie posse liberari: et aer
is temperiem concedi. *Scdm*

In illo tpe *matheū. c. 24.*
Dixit iesus discipulis su
is: Vigilate: qz nescitis q̄ ho
ra dñs v̄ venturus sit. Illud
autē scitote: qm̄ si sciret p̄fami
lias qua hora fur veniret: vi
gilaret vtq; et non sineret p̄

fodi domum suam. Ideoque et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Quisputas est fidelis servus et prudens: quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis cibum in tempore. Beatus ille servus quem cum venerit dominus eius: inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua constituet eum. **Offerto.** Rochum christi confessorem exortum facimus: et preces ad patres nostrum dirigimus: ut sua intercessionem a languoribus: et epidemie peste saluemur: et aeris temperie potiamur. **Secre.** Arce nobis domine: et flagella ire tue que peccata nostra merentur: precibus et meritis beatissimi confessoris tui rochi a nobis misericorditer auerte. Per dominum nostrum. **Prefatio.** Qui imminentem nimium interitum: sola misericordia reuocasti: quibus propitiator cum existeres: orationis penitentiam prestitisti: etiam huic populo tuo: ante conspectum glorie tue prostrato: et oranti tribuere sanitatem: et quem desiderat presta liberationis effectus: ut quos unigeniti tui precioso sanguine redemisti: non patiaris

mina mortalitatis interire. **Co.** O quam magnificum est nomen tuum beate roche: qui tuis intercessionibus multitudines languentium nosti sanare: et nomen tuum gloriosum commemorantibus: omnibus te propitium exhibere. Veni et salua nos a morbo ac epidemie peste: et aeris temperiem concede. **Postcomu.** **P**resta quesumus omnipotens deus: ut qui celestia alimenta perceptimus: intercedente beato rocho confessoris tuo: per hec contra omnia aduersa mundi muniamur: ac ab omni morbo et peste: ac subitanea morte liberemur. Per dominum. **Comemoratio que fit post in principio.** **Q**uiescat ira tua domine et esto placabilis super nequitias populi tui: sicut iurasti per te ipsum. Sanctus deus. Sanctus fortis. Sanctus et immortalis miserere nobis. Per dominum. **Oratio.** **O**mni-potens et misericors deus: respice propitius super populum maiestati tue subiectum: et ne nos furor seuiens inueniet: dextera tue propitiationis custodiat. Per christum dominum nostrum. **Benedictio peregrinorum.** **Et primo benedictio pere-**

In nomine domini no/
stri iesu xpi accipe hanc
sportam ⁊ habitum peregrin/
ationis tue: vt bene castiga/
tus ⁊ sanatus: atq; emunda/
tus: peruenire merearis ad sã
ctorum limina quo pergere
cupis vt pacto itineris ad nos
incolumis: ⁊ alacriter reuer/
ti merearis. *Per. Benedi/*

Accipe huc *ctio baculi*
baculuz ad sustentatio/
nem itineris vie peregrina/
tionis tue: vt vincere valeas
omnes inimicos: ⁊ securus
puenire possis ad limina tua
sanctorum: vt peracto obedi/
entie cursu: ad nos reuertar/
cum gaudio. *Per. Benedi/*

Omine *ctio vestium.*
Deus bonarum virtu/
rum dator: ⁊ omnium benedi/
ctionum largus infusor tibi
subnixius ðprecamur vt hãc
vestem bene *dicere ⁊ san/*
cti *ficare digneris: ⁊ hac*
indutus famulus tuus. *M. sa/*
lutem anime: ⁊ corporis reg/
em acquirere possit. *In no/*
mine pa *tris ⁊ filij. Missa*
pro sponso ⁊ sponfa. Introi.



Deus israel coniugat
vos ⁊ ipse sit vobis/
cum qui miserus est
duob; vniciis: ⁊ nũc
domine fac eos plenius benedi

cere te. *Beati omnes qui ti/*
ment dominum: qui ambulant
in vijs eius. Gloria. Oratio.

Oeus qui tam excellen/
ti mysterio conjugales
copulam consecrasti: vt chri/
sti ⁊ ecclesie sacramentum p/
signares in federenuptiaru:
presta quesumus: vt quod no/
stro ministras officio: tua be/
nedictione potius impleatur
Per. Epistola ad corinthios

Ratres: *Nesci. j. ca. vi.*
tis quonia; corpora ve/
stra membra sunt xpi: tollens
ergo membra christi faciam
membra meretricis? Absit. An
nescitis quonia; qui adheret
meretrici vnum corpus effi/
citur. Erunt inquit duo i car/
ne vna. Qui autem adheret
domino: vnus spũs est cũ eo.
Fugite fornicationem. Om/
ne peccatum quodcũq; fece/
rit homo extra corp⁹ e. Qui
autem fornicatur: in corp⁹ su/
um peccat. An nescitis quoni/
am membra vestra templum
sunt spũs sancti: qui in vobis
est quem habetis a deo: ⁊ nõ
estis vestri. Empti enim estis
precio magno: glorificate ⁊
portate deum in corpore ve/
stro. *Grad.* Uxor tua sicut vitis
abundans in lateribus domus
tue. ⁊ Filij tui sicut nouelle oli